


BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich


XVI

530



xxxv.





ENCOMIA DIVI STANISLAI

A

DVOBVS DOCTISSIMIS VIRIS CON-
scripta, duobus itidem III^{mis} Heroibus, alterum
Samueli olim , alterum nunc Bernardo
Cardinali, Macieiouijs, Episcopis
Cracouiensibus dicata.

Generoso D. Adriano Grigna
Lithocardi Nisi Jureca autor. J. St.
OPERA ET STUDIO STANISLAI GROCHOVII
in lucem edita.

Laudemus viros glriosos & parentes nostros in
generatione sua. Eccl: 44.



CRACOVIAE,

In Officina Lazari, Basilius Skalski,
Anno Domini, 1604.

5.403



Sum mitis, nemo timeat mea cornua iustus:
Illa bonis non sunt, sunt metuenda malis.

1530
Anno Domini 1530
Huius Episcopi Secundi

ILL^{SSIMO} ET REVE^{DISSIMO} PRINCIPI D.D.

BERNARDO MACIEIOWSKI,

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

EPISCOPO CRACOVIEN: DVCI

SEVERIENSI, &c. &c.

Domino & Patrono colendissimo,

STANISLAVS GROCHOVIUS

Felicitatem.

Tantā semper fuit maiorum nostrorum ergā
D. Stanislaum, communis patriæ parentem &
Patronum religio, Illustrissime Cardinalis; vt non
modo priuata, vel publica negotia illius tutelę com
mitterent: aut eius precibus, apud Deum conciliari
sibi gratiam expeterent: sed & laudes eius verbis,
scriptisque ornarent ipsi, vel ad has ornandas alios
excitarent. Multi propterea extiterunt, qui cùm
vitam integerrimè & sanctissimè aëtam, magni hu
iūs Patroni; tūm eiusdem pro honore Dei, ac pro
pulchra veritate, pulcherrimum & cōstantissimum
certamen, verè & splendide extulerunt. Inter hos
est & Petrus Royzus Hispanus, qui huius sancti vir
tutes admiratus, in eius laudes excurrit; dicata Sa

mueli patruo tuo opera, magno illi Cracoviensium
Præsuli, qui in diebus suis tanquam stella matutina
refulserat in Domo Dei, & tanquam sol lucebat in
Patria. Protulit & nostra ætas tam præclaris studij
æmulos, quos inter Simon Simonides magni inge-
nij, & excellentis doctrinæ vir, cum multa egre-
giè scripsisset, laudes quoque D. Stanislai suis Octo-
nariis summa verborum grauitate, & elegantia, ma-
gno rerum & sententiarum pondere, persecutus
est. Hos tibi, ipso præsertim scriptore annuente,
adiuncto & Royzii carmine, offerre potissimum pla-
cuit: cum quod ei Ecclesiæ cum dignitate præes,
quam sanctus ille Martyr suo sanguine irrigauit: tu
quod magni Patrui exemplo, non solum splendidissi-
mis ingeniosis, quale Simonidæ est, sed & mediocri-
bus delectaris: ut qui & meam quoque de huius
sancti vita, patria lingua lucubratiunculam, (quæ iis
diebus lucem aspexit) libenter videris & legeris.
Patiare itaque, Illustriss: Cardinalis, ad gratulanti-
um voces, ad faustas acclamations & carmina, quæ
quisque tuo amplissimo nomini addictus promit,
gaudens ex hoc augustissimo Cardinalatus tui ho-
nore, quo te nunc idem Clemens viij. Pontifex Ma-

ximus ornavit, qui ante annos aliquot B. Stanislai
sanctimoniam in vniuersum mundum ad omnem
posteritatem propagauit, has quoque duas lauros
adiici; meverò clientem tuum ut cœpisti fouere &
tueri perge. Vale Illustrissime Cardinalis diu felix.
Crac: ex contubernio Iurisperitorum 28. Jul: 1604.



VI. 1604. N. omnia. p[ro]p[ter]a. t[er]ra. m[od]estia. et. pauperia.

SIMON SIMONIDES STANISLAO GROCHOVIO

S. D.

Mitto ad te, ut petiſſti, Octonarios hosce: olim à me
planè adolescentulo scriptos, musteum prorsus car-
men, & dignum illa etatula, quos ego, si ad gustum huius etat-
is, in qua nunc sum, explorem, ab iſciendos potius, quam tol-
lendos puto: nihil enim in illis agnosco, praeter pietatem me-
ram. Sed quoniam à summis viris, qui apud Cracouensem
Ecclesiam sunt, probari atque expeti, & de eis ipsum Illu-
ſtrissimum Principem Bernardum Macieionium, urbis
eiusdem Episcopum, iam nonnihil inaudiuisse mihi signi-
ficasti, vel contra iudicium meum, non possum illis esse non
æquior. Tibi itaque dantur, tanquam bona Lucinae; ut ex
manutua, vel lucem afficiant, vel ad tineas redeant, cum
quibus hactenus collectabantur. Verum hoc à te pro nostra
amicitia peto: dum eos, ipsi Episcopo, diuinissimo atque hu-
manissimo viro offeres; ut me quoque simul clientem, &
eius virtutum admittorem offeras. Vale. Ex prædio Cer-
necensi Kal: Iulij. Anno M. DC. IV.

Sanct:

SANCTVS STANISLAVS EPISCOPVS.

IUSTITIA testem tres iam tellure sepultum
Æstates, præsul suscitat iste sibi.
Propter oues, pastor, rabidi cadit en se Tyranni,
Dum litat eterno pane, mero q̄ Deo.
Nec satis hoc risum sceleris : non illa cruentæ
Tygridis in gluies sic satiata fuit.
Dificitur sectus per agros, sed nulla volucris
Ausæ est tam sancti tangere membra viri.
Indicio radij caelestis frusta leguntur,
Concrescent miro consolidata modo.
Terreæ quando facit tam magni membra piorum,
Quanto animos foueat, credi, amore Deus?

CL. I.





Non tu a carminibus describi gloria nostris,
Non pia vita satis, non sacra facta queunt.
Norunt te cuncti, totus te suspicit orbis:
Et pleno laudes, concinit ore tuas.
Ut tibi sint similes alij, cælestia flecte
Numina: concilia cælica regna tuis.

CHRISTO: KATSKI.

SIMONIS SIMONIDÆ
DIVVS
STANISLAVS.

OCTONARIVS I.

SÆpe diuisit meam
Mentem, huc & huc alterna cogitatio,
Queis prima honorum iudicio intrepido
Ornamenta referrem.
His ne, qui isto gloriæ,
Vulgi non taciti ora ventilante
Igne succensi, atque audi populos
Imperia ostentare per omnes,

OCTONARIVS II.

Militum ferocibus
Nimbis redundantes, procellam ferream
Belli, in remotas euomerent regio-
nes, vrbesque virosque,
Cultaque arua, inultaque,
Sceptrorumque potentias, cruento
Turbine ad se corriperent, domini
Terribiles latè atque opulentí.

OCTONARIUS III.

Anne iis, qui pectora
Tranquilliora nacti, alumni pacis, &
Concordiae, vnam iustitiam studio
Exercere fideli
Pergerent, ad commoda
Non priuata adeò sua, vt suorum
Ciuium attenti, placidi, æquanimes,
Non cupidi iacturæ alienæ,

OCTONARIUS IIII.

Pauperum æquè ac diuitum
Recti æstimates, superbis asperi,
Iniuriosorum & mala agentum hominum,
Nequaquam tolerantes,
Non maligni mitibus,
Legum solliciti, Dei timentes,
Quos velut sacrum iubar aspicere
Cuncti aveant, & libero amore

OCTONARIUS V.

Diligant, soli mali
Exhorreant, donec stetit tandem mihi
Sententia hæc fixa, vt modicum melius
Iusto ausim memorare,
Ferreumque postputem
Æuum vulnificum, autex quieto

A

Seculo

Seculo astrææ tua enim tua me
Edocuit mens denique sancta,

OCTONARIUS VI.

Præsulum ô Stanislae
Selecte flos, Poloniæ vnicum decus,
Qui postquam eam in sortem, haut sine consilio
Natu cuncta mouentis.
Numinis, vocatus es,
In qua olim Samuel stetit sacerdos,
Aut Natam, Regem hic cythara hymnisona
Nobilem apud, regem ille priorem,

OCTONARIUS VII.

Tu Boleslaum autem apud,
Cracouia in pulcherrima, Pastor bonus.
Non hoc sategisti, vt tumidus titulis,
Torrensque ambitione,
Cum satellitum grege
Regum purpureus perambulares
Atria, aut auri furiatus amo-
re improbo, egenos pauperum in usus

OCTONARIUS VIII.

A pijs relicta ausi
Dona, in crumenas conglobares perfidas,
Centum pauori vectibus oppositis,
Praua olim vnde nepotum

Gens, solutæ promeret
Vitæ materiam, & malè aggregata
Perderet peius, misero in strepitu
Luxuriæ, mensisque caducis.

OCTONARIUS IX.

Nil ei modi tibi
Gestum; neque superbiuit hæres de tua
Splendente gaza, at continuo officiu
Concessæque superne
Prærogatiæ memor,
Vrbem te illicet esse cogitasti
Montibus summis positam, valido
Præsidio cuius, populi gressu

OCTONARIUS X.

Omnis vltro fideret,
Securus à rabie luporum, & pabulis
Pollens abunde; nec minus interea
Lumen te atque oculum esse
Principis tui, capi-
tis vicem regionibus qui in istis
Præferebat, ritè sciens, tehebris
Ne temerè obscuris titubaret,

OCTONARIUS XI.

Neuē secum cætera
Raptaret, incertus viæ, membra, aureo

Illi institisti pandere iter radio,
Iam vitæ aptè ad amussim
Lucida innocentia
(Quæ est certissima norma suasionis)
Fulgorans, iam flexanimes monitis
Igneque verborum rutilante,

OCTONARIVS XII.

Viuidam quassans facem;
Plerumque creperis fulminans incendiis;
Veri palam audax proditor, & scelerum
Semper cognitor acer.
Ni sacerdos vera enim
Ausit dicere, fabitur quis & aut quis
Obstruet vim nequitiae & aut solidum à
Non solido æqua lance reuellet &

OCTONARIVS XIII.

Fixa tūm Boleslao
Cupido nominis propagandi fuit,
Sceptri que auiti non patiens animus,
Verūm latius ardens
Regna frēnare extera.
Non tam sollicitus, bonorum vt esset
Ciuium rector, numero quam inhians
Et patulæ latè ditioni.



OCTONARIUS XIII.

Ergo bellorum siti
Bohemiam primū, corona montium.
Clusam penetrare aggreditur; media in
Tum parente Polonis
Regulum Bohemicum
Naetus Silesia, arua nostra fuso
Præmiantem milite, quem leo ceu
Feruidus, imbellem hinnulum opima

OCTONARIUS XIV.

Prata lasciuo pede
Temere impetentem, ipso illico aspectu in fugam
Ignobilem vertit, tacitum, & tenebris
Noctis castra mouentem.
Insecutus mox eum,
Dum ex libidine non potest potiri
Rictum hiantem vltor saturauit agris
In profugi prædaque Moraua.

OCTONARIUS XV.

Laudem illi eo nomine
Tamen damus. nam bella, iusta causa quo-
rum est, quæque iniquam vim fieri prohibit
Vitæ aruisque suorum,
Seruitute aut barbara
Pressos eripiunt, crucisque Christi

Gloriam

Gloriam stratam reparant, moueat
Qualia si quis nunc domitorem

OCTONARIVS XVII.

In Tyrranum Græciæ,
His iure laus danda est sua, & diuinitus
Optanda merces, cætera si quo alio
Conatu iustituuntur,
Pessimis nil differunt
Latronum artibus, vt marinus olim
Prædo, prædoni orbis, Ego, inquit, inops
Lembo homines, tu classe trucidias.

OCTONARIVS XVIII.

Gens fidem deñ Prussica
Frangebat, excutere iugum Polonum auens,
Ac Pomeranum depopulabat agrum,
Prædis improbè onusta.
Iusta item Boleslao
Hæc sumpta arma in eam, nec abfuit for-
tuna. vbi victoria dedocuit
Pondere in armorum, tunicisque

OCTONARIVS XIX.

Æreis, spem ponere
Gnauum Polonum militem, sed fidere
Dextræ expeditæ, & corporis egregiaæ
Virtuti, ac leuitati;

Indeq;

Indeque exemplum datum
Armaturæ habilis diem hunc ad usque.
Martium nostrorum animum Vngaria
Non minima mox clade, Tibisci

OCTONARIVS XX.

Littora experta est apud,
Boleslai pulcherrima cum gloria.
In Russiam vnde itum, quam animo penitus
Rex multo ante vorabat,
Castra que ad Kiouiam,
Vrbem tunc opibus fluentem & auro,
Luxui que obnoxiam (opum soboles
Quæ est genuina) admouerat, ista vrbis

OCTONARIVS XXI.

Viæta, vicit nos quoque.
Non id statim quidein, sed hamum escâ velut
Tectum dolosa primitus obiiciens
Gustandum, nocitulum
Post nimis, dentem que in os
Fixurum, siquidem lepore perce-
pto voluptatum, inter amæna loca,
Deses ibi æstatem atque hyemem rex

OCTONARIVS XXII.

Traxerat cum milite,
Ad turpe totus prostitutus otium

Cor

Cor foeminarum forma auidum satians,
Structurisque epularum
Haud viriliter fauens.
Mens m̄ pendet, eamne inesse dicam
Vim voluptati erigidissima quæ-
que ut sibi possit corda virorum

OCTONARIUS XXIII.

Blanditer substernere.
Prauæ anne mentes solum ad illam, grex velut
Muscarum odorem ad mulsi alacri strepitant
Ala, hærent que retentæ
Quem momordit viperæ hæc
Nunquam, proximus hic Diis : nec ille
Prorsus infelix, saniem penito
Qui potuit corde expueræ haustam.

OCTONARIUS XXIV.

At perennat pestis in
Quo, is vero viuit omnium miserrimus.
Ex tertio isto (proh patriæ opprobrium
Fœdum) coetu vtinam tu
Non fores Boleslæ.
Posses sic vtinam imperare telo
Prauo amoris, prælia vt indomitus
Dux simul & miles probè obibas.

OCTONARIUS XXV.

Sed pusilla hæc remmora
Fortissimam mentis tuæ cepit ratem,
Mersitque, non id protinus, at spatio
Post non longo. etenim haustus
Fluctibus ceu qui est, ope
Natandi manuumque destitutus,
Iam licet languens pereat, rapia-
turque maligno pondere ad ima,

OCTONARIVS XXVI.

Vltimum robur tamen
Vsque excitat, aquis emicans identidem.
Lasciuiae, sic mens tua rapta semel
Vndis, quanquam ope profsum
Destituta omni, tamen
Maiori redditura nempe mole
Fluctum in fundum, emicuit, locaque
Deseruit paulisper iniqua.

OCTONARIVS XXVII.

Nam retro Præmisliam
Cincturus obsidione abiusti, inde item
In proximam iuxta Vngariam exiliens,
Hicque illicque secundo
Rem alite egisti, simul
Virtutis statuens trophæa, miran-
dam simul laudem referens celeri-
tatis, vt Audacis quoque nomen

OCTONARIVS XXVIII.

Publicum ferres, satis
Beatus, ad Kyouiam reciproco
Inflexu habenæ, præcipitem nisi te
Rursum fors reuocasset.
Profuit semper mali
Declinasse alimenta blanda morbi,
Et loci plerumque noui facies
Restituit iam iam moriturum.

OCTONARIVS XXIX.

At tu in ardente prope
Flammam dediti denuò saltum, doli &
Tabis locorum non memor, aut etiam
Pronus sponte sequaxque.
Res fidem est omnem suprà
Nec accepta memoria vlla auorum;
Omnis ele^tissima nobilium,
Quotquot opimo tum vbere glebae

OCTONARIVS XXX.

Vitam alebant Lechicæ,
Cum rege bellatore latè iuit cohors,
Munitones Volhiniæ populans,
Russisque vltima ne^tens
Vincla, septenosque ibi
Coniugumque domusque liberumque

(Tantus armorum ossibus arsit amor)
Immemores hæcere per annos.

OCTONARIUS XXXI.

Ipse Rex vel maxime
Kyouicis iterum illecebris redditus,
Roburque sensim militis, indecori
Exemplo, rapiens ad
Criminis commercium
Idem. Nam pede prævio quâ iter Rex
Primus incessit, populus subitò
Impete denso illuc amat ire.

OCTONARIUS XXXII.

Non laboriosa apum
Quéis certa sedes aluearis condita est
Examina ausint deterius, proprio
Si spreto lare, victu
Se efferent erroneo,
Expugnentque aliena, in exteroque
Hæreant, oblitæ operum, & veteris
Hospicii, fœtusque relicti.

OCTONARIUS XXXIII.

Sed rates ut nauita
Vnus duas remis simul propellere
Non est potens, quin hanc moderans, aliam
Ventis ludibrium det:

Occu-

Occupati sic foris
Dedere ancipi domos ruinæ.
Ac leuem primum arripuit stipulam
Ignis edax, graffatus inermum

OCTONARIVS XXXIII.

In pudorem coniugum,
Tori que s̄apimenta. neque id iniuria,
Namque est morarum non patiens mulier,
Tum vtrix s̄œua, fidem n̄
Seruet olli vir suam.
Fama qualia multa inaudiebant
De suis : atque hinc sceleris similem ad
(Pro dolor) ærumnam exiluere,

OCTONARIVS XXXV.

Atque adulteraccitus
Vicem in mariti. itidem audientibus viris
Non admodum hæc accepta fuere, etenim
Nequam sit licet ipse
Vir, tamen vicarij
Nequaquam est tolerans. doloris ergo
Inuicem læsi grauibus stimulis,
Per media vrgentis quoque brumaæ

OCTONARIVS XXXVI.

Frigora altas & niues
Incendium ad domesticum, perniciibus

Fusim frementes emicuere in equis.

Iuuito atque vetante

Rege, & attroces minas

Attolente, adeò vt subinde cunctis

Ad sua elabentibus, ipse quoque

Ad sua sit migrare coactus.

OCTONARIUS XXXVII.

Plenus irarum, & siti

Magnæ vltionis feruidus, torrens velut

Amnis, quem ab altis montibus immodicam

Vim vnde præcipitantem,

Machinis ac molibus

Iactis, agricolæ amouere certant,

Ille viæ omnibus aggeribus

It populans læta arua satasque

OCTONARIUS XXXVIII.

Spes boum & mortalium:

Quid & principum fortissime, quid & auditane

Vnquam tibi vox Romulidae egregij?

Qui se malle ferebat

Civium vnum sospitem

Seruatum dare, mille quam peremptos

Hostium & flammæ anne modo, imperia

Quæque vorando amplissima, reris

OCTONARIUS XXXIX.

Te

Te beatum & munere
Funeris tuo i quæ vnam simul domum attigit,
Vicina sorbens culmina continuo,
Tota incendia mittit
Vrbe, nil post se, horridam
Præter vastitatem, nigrum que fumo
Rudus, & foedas cineris miseri
Relliquis, luctum que relinquens.

OCTONARIVS XL.

Nulla enim maiora sunt
Incendia humani generis, absumpta quam
Morum atque legum sobrietas, odium &
Virtutis, neque Princeps
Sceptra habet diuinitus
Vlla ex causa alia, quam ut optimos &
Incolas, quandam superum patriæ
Euehat, iniunctos sibi ciues.

OCTONARIVS XLII.

Nec tam honos quam onus mage est,
Rempublicam qui sustinet : pensandaque
Mens rite, quo quid proposito aggredimur,
Dextroné an né sinistro, iv misericordia
Iacta nec fundamina
In mera ambitione, sustinere
Pondus, aut structuram aliquam eximiam
Conspicuae possunt rationibus

OCTO.

OCTONARIUS XLII.

Tetra quæ porro sunt
Dictu, abstinebo, habenam enim linguae haut decer.
Laxare ad obscaena. illud agam expediens
Duntaxat, quibus actus
Non bonis factis, bonus
Præful, cui memorem ferens honorem
Pango dicta hæc qualiacunque hodie,
Post habuit Maurotia quævis

OCTONARIUS XLIII.

Gesta felicissima
Tua, & triumphos quosque splendentissimos,
Gentesque regno, & multiplices populos
Partos fortibus ausis,
Rideant hoc plurimi,
Sed vulgus preciosa quæ æstimauit,
Mox refutat vir sapiens. quis enim
Maxima post tot functa duella,

OCTONARIUS XLIV.

Post tot insignes rela-
tas hoste non de uno palam viatorias,
prouinciarum postque tot accumula-
tas circum ditiones,
Crimen vnius frequen-
tatum adulterij, aut fori remissum

Iure

Iure dicundo officium, aut solitum
Præter auara exacta tributa.

OCTONARIVS XLV.

Hæc quis, inquam, strenuo
Vsque adeò regi sponte non concederet.
Aut non putaret magnanima omnibus his
Gesta eius potiora.
Solus hoc Stanislaus
Non sensit, propè tantum opinione
Discrepans vulgi, iaculator habi-
lis, posito qui spicula signo

OCTONARIVS XLVI.

Certa figit, quantum abest
Ab eo, qui in auras mittit incassum, inscius
Metæ expetitæ, sed temerè iaciens
Ludo falsus inani.
Bella enim considerans
Paciſ fine geri, & bonum à Tyranno
Principem hoc distare, suos spoliet
Hic vt, & istum in maxima quæque

OCTONARIVS XLVII.

Facta dirigat scopum,
Illustris vt foris, timendus sit domi,
Passimque quoquis se saturet scelere,
E contra ille salute

Nil suorum antiquius
Ducat, nil mage curet, hostibus quam
Vt sit horro, domi amorem habeat,
Nec stadio vñquam excedat honesti.

OCTONARIVS XLVIII.

Tum seuere gentium
Ipsum Magistrum edita pangentem audiens,
Infidi & execrabilis in loco haben-
dum, quem cura suorum
Non penetret, tantum abest
Vt prædam statuat suos sibi quis.
Veritatis præterea indubia
Voce palam promendæ & habenis

OCTONARIVS XLIX.

Insolentia oppri-
mendæ, publicum munus sibi meminens datum,
Dextraque pastorale pedum gerere,
Non solius honoris
Aurei ergo, se extimans,
Verum ob vitam ouium, & necem luporum,
Liber inconcuso animo facinus
Orsus in omne ænum memorandum.

OCTONARIVS L.

Regis illico forem
Adit, grauiaque multa dictu, illius in

Aurem

Aurem intimam profatur, honorifice
Primùm abducere cæptis
Tristibus secretum auens,
Ut qui non faceret calore quoquam
Oggerendæ ignominiaæ, potius
Publicæ opis fluxæ recreandæ,

OCTONARIUS LI.

Regiæque dignita-
tis in suum decus reposendæ. placi-
dos quippe, lenesque esse pedes voluit
Vitæ ipse optimus auctor
Nuncia edentum sua.
Non semper quidem id; ad flagella quando
Ipsemet dextram tulit acrem aliâs
Res vbi verbis nequiit vltro

OCTONARIUS LII.

Decidi salubribus.
Quod pertinaciter Boleslaus quoque
Pertendit, indignantem vbi que obiiciens
Dictis præfulis aurem,
Ferreumque exasperans
Cor. chalybs velut, ardor æstuantis
Quem camini vi calida immodicè
Imbuit, humentem properè si

OCTONARIVS LIII.

Forcipe intinguatur in
Scrobem, sonoro se trucidat protinus
Clamore, & haurit duritiem **indomitam**,
Clara feruidus vndas
Turbulentia increpans.
Idcirco tamen haut remisit ille, at
Perseueravit, repetens iterum
Atque iterum, crebro & congrua fandi

OCTONARIVS LIII.

Tempora usurpans catus.
Donec bonis nil profici dictis videns,
Ad duriores senior usque etiam
Se se contulit artes,
Intonans ardentibus
Præceptis quem minisque, publico que
Plurimum coram facie opprobrio.
Denique, deplorata quod olim

OCTONARIVS LV.

Vltimi demum vice
Remedi aduocari in corda solet, Ecclesia
Consortio almo in decorem prohibet,
Arcet que omnibus aris,
Templa que in silentium
Dat, dirisque caput sacrum esse mandat.

Hic

Hic mihi h̄c te expergeface, ô anime,
Hic noua fulcra, alasque recentes

OCTONARIUS LVI.

Indue, ipsas sub poli
Nubes secutore, arduam, fortissimam
Mentem, caduca h̄ec, nata neci, omnia, ni-
su excelsa exuperantem,
Veritate proque pul-
chra oblitam decoris que sanguinisque.
Prodigamque vltro venerandæ animæ, &
Spontè timores obuiam in omnes,

OCTONARIUS LVII.

Vnico sub numinis
Timore. sed non ante portu te tuo
Consistere est fas, quam geminum socios
Cœptopolice honorem,
Russicæ ad lyre fidem,
Insignem Ambrosium simul frequentans,
Atque eadem ex sorte Theodosij
Concelebrans fastigia pressa,

OCTONARIUS LVIII.

Dispari euentu. neque
Enim negotium est simile tractabilem
Versare ceram, & tundere vim manūm
Cautem altè renuentem,

Arduis superbia
Non semper volitat locis, frequenter
Nidulatur sede minore etiam,
Palliaque inter folidaturret.

OCTONARIUS LIX.

Conferat Boleslaum
Quis cum Theodosio, ille formicas erit
Inter, leonum hic in numero, dominus
Quâ sol aspicit orbis.
Mentis at submissio
Tanta, ut de grege plebis esse dicas.
Poenitentum in turba humilem, sceleris
Lugubriter commissa piantem.

OCTONARIUS LX.

Ausus indignum nefas
Nam cum esset, innocentie sanguine imbueus
Ensem cruentum, non tulit Ambrosius
Auso impune potiri,
Verum adulta fortiter
Confestim obstitit increpatione,
Factum in os usque improperans, aditu-
que eiiciens & limine templi.

OCTONARIUS LXI.

Omnibus non digna ea
Tum visa, solum principem præter, hominem

Qui

Qu i se pusillo vel nihilo potius
Maiores meminerat
Cæteris; porrò Dei
Ministrum Ambrosium videbat, esset
Cui potestas interimenda animæ
Credita, quam ipse in corpora haberet.

OCTONARIUS LXII.

Tùm quod vrgebat magis
Constabat Ambrosii integerrima mens apud
Illum, remota omni ambitione, siti
Nulla auri temerata,
Non adulando procax,
Non infracta timore, veritatis
Sed tenax iuxta atque sciens, superum
Ad placitum intentissima vbiique.

OCTONARIUS LXIII.

Ergò fœcundæ velut
Terræ solum, quam tristè preferat gelu,
Præteruolantem almi ad Zephyri sonitum,
Molli continuo aura
Se resoluit, & sinu
Vigorem genitabilem refundit,
Læta vernanti vbere & omnigenum
Luxurians in floris honorem

OCTONARIUS LXIV.

Inlytum

Inclytum Theodosij
Sic peccus, aspra non nihil vitii hyeme
Pressum, salubrem ad fortia per monita
Flantis præsulis auram,
Protulit vernans decus,
Fructusque ingenuos dedit doloris,
Floridum latè vberibus lachrimis
Inque nouum virtutis amorem

OCTONARIUS LXV.

Transditum; ut sententiam
Relinquat in suspenso, vter locum occupet
Laudis priorem, magnanima anne adeo
Libertate sacerdos
Tantum agens in principe?
Princeps anne adeo se obedientem?
Adstruens illi & paribus veniant
Anne trophæis ambo colendi?

OCTONARIUS LXVI.

Rariorem Phœnices
Nullam alitem æther nutrit: ast ei modi
Regis sacerdotisque minus locuples
Multò copia prompta est,
Indies mortalium
Vita in deterius ruente. Quid dum?
Quid mihi motu micuisti anime
Insolito & quis te pauor anceps

OCTONARIVS LXVII.

Transmeat & quæ degener
Externat hæsitatio ? iamiam hicce te O
Rerum institutis fuescere non leuibus
Vultu peruico oportet,
Iam pati non mitia.
Non omnes eadem fauentia effert
Numinis ; non, si Ambrosius potuit,
Isdem animis, & pectore eodem

OCTONARIVS LXVIII.

Noster effectum dabit
Stanislaus, vita illi emenda veritas ; O
Vita litandum nomine pro innucuæ
Libertatis & æqui.
Sed neque hanc tamen vicem
Dici fas miserum, omnibus beatum
Quin modis, cui ferre aliquid licuit
Vulnificaæ illius crucis, ad quam

OCTONARIVS LXIX.

Nos ferendam sedulò
Inuitat, ipse baiulans prior crucem O
Christus redemptor, spinea, mortifera,
Clavis fixa cruentis
Serta post, ad gloriae
Æternique vocans coronam honoris,

D

Aureo q;

Aureo que altos solio, ipsa suprà
Sydera, cælestumque reponens

OCTONARIVS LXX.

Confitas stellis domos.

Te verius te nuncupo Boleslæ

Omnes supergressum numeros miserae

Fortunæ & rationis,

Qui velut sternax equus,

Frænorum impatiens, ferox maligne

Sessili tergo, domitorem equitem,

Officio tractare fideli

OCTONARIVS LXXI.

Te volentem, & cursui

Recto benignè comparantem, in aspera

Saltu nefando saxa procul, procul in

Conuallesque fragofas

Detulisti, non sine

Sæua strage tua, ah miser, quo abis & quo

Quos maniplos ire iubes & quid eum

Tam celer ipse insurgis in ensem,

OCTONARIVS LXXII.

Ante sed, præludia

Furoris huius quæ dedisti exordio,

Percensere hic non est operæprecium,

Momenti licet illa

Non

Non minuti sint quoque :
Auri nempe potentia in tam acerba:
Plurimis quæque ut leuius veniant
Damna pati, dispendia lucri

OCTONARIVS LXXIII.

Quàm pusilla, busta vbi
Calumniam contrà tuam Stanislao
Et Petricus (proh mira fides) cinere
Busti excitusab ipso,
Adfuit ferens opem.
Hæc quis falsa putat, sua ex dolofas
Metiens virtute Deo placitos.
Sed facibus quâ incessit iniquis

OCTONARIVS LXXIII.

Inuidus, contrariam
Fomo boni fundunt aquam. Vir innocens,
Qui se suo fundat pede, non temerè
Tollit laudem alienam:
Credulus quin ampliat
In multis aliis amans, quod in se
Ipse sentit. verùm ita si libitum
Inuidiæ, sunt o ista minoris

OCTONARIVS LXXV.

Nec satis firmæ notæ.
At mortis haustus impigerimè calix,

Vitaque consignatus amor solidat
Cis fraudem pietatis,
Quapiam ne vltra premi
Potest suspicione criminandi
Omnium iactura habilis facile
Rerum, animam impendisse supremum est.

OCTONARIUS LXXVI.

Ausus id, Boleslae,
Vellem hautfores, tuumque non istis malis
Nomen veniret commemorandum hodie.
Nam quis malit amala hac
Dicta et quam cum laude meli
Verum iustitiae frutina praesto
Esse vati debet amica bonis
Parturiens, contraria prauis.

OCTONARIUS LXXVII.

Mortuus Stanislaus
Pulcherrima pro veritate manu tua est,
Exceptus ipsa altaria apud, calicem
Caelestem superis tum
Ore prelibans sacro.
Cruorem ut propè cum criore Christi
Funderet miscens proprium, nouaque
Ad celebrem procumberet aram

OCTONARIUS LXXVIII.

Aida

D

Victima

Gratiam tu final animi specimen.
Vi^ctima, acceptissima
Iuxta atque preciosissima superum patri.
Damnosa sed prorsum tibi, nec satis hoc
Quippe amens habuisti,
Ut furentem impingeres
Diuo ensem in caput, & propinquā **fāxa**
Spargeres circūm calido cerebro.
Quin patriæ summo velut hoste

OCTONARIUS LXXIX.

Proruto, cadauer in
Exanime fæuisti miseriter, alitum
Turpi gulæ, ricisque canum ejiciens
Frustratim laniamen
Comminutum, improuidus,
Enectos etiam fame leonum
Nosse ventres parcere mente viris
Innocua viuentibus, & se

OCTONARIUS LXXX.

Labe continentibus
Omni. quid est cernisne pendentum polo
Agmen volucrum hoc officio insolito
Cæsi membra tuentur
Colligant quæ mox pīlīs omnis loquax
Mystæ, vltro redditura pristinos in
Corporis nexus; quod item haut facile
Degener ut quisque est mage credat.

OCTONARIUS LXXXI.

Sed nepotum turba post
Melior, sepulchri honore feruet aureo,
Structisque sanctis ædibus accumulet,
Certatimque tabellis
Fixa contestantibus
Vota insigniat, atque opis benignæ
Nuncupet certum auxilium dubius
Rebus, & obnixissima figat

OCTONARIUS LXXXII.

Oscula ossibus sacris.
Adhuc feror, licet peritus non satis
Ceu textor absolutam operam ante pe-
pli, subrumpere filum,
Protrahendum longius,
Iam iam commeditans : erit canendi
Aptior fortè hæc aliâs etiam
Copia & accrescens cum tempore virtus.

OCTONARIUS LXXXIII.

Tu mihi salue interim
Beate sanguis, te te ego nisi omnibus
Præpono gazis, omnia posthabeo
Soli ni tibi regna,
Deserat me cor meum.
Tu nex perniciesque gannientum ad

Gratiā,

Gratiam, tu firni animi specimen,
Tu columen, verique sequester,

OCTONARIUS LXXXIII.

Præsulum pulcherrima
Imago tu. ad quam splendidi delineent
Vitæ colores quisque suos. tibi me
Si fas deuoueo ipse.
Æmulari in maximis
Parui si quid habent, minuta prorsum
Nec mari magno leuibus tabulis
Nauigia arcentur dare cursum.



Gestis nostris summi precepcionis
Tunc quoniam vero de lede ficeret Octo

Octonariae LXXXIII.
Prestigio publico curius
Imago ut ad datus plenaria genitrix
Vitis coloris dulcioris fructu tipi me
Si fuis genitrix ibi
Vota inserviatur, tibi quippe tibi
Emissarii in maximis
Parvus ut dux pspere minister priorum
Nec nisi usq; longo tempore expulsi
Misericordia succedit die cultum
Octo.

Oscula eiusibus sicutis
Adiungit oculis et per labia sua fatus
Centex et al. soluta
piti, subrumpere filium
Protrahendere longe
Iam iam commeditans
Apior forte nec misera
Copia 5. et discors cum tempore vixit



Octonariae LXXXIII.

Tu mihi talus invenisti
Roxe magis tete ego nisi omnis
Vero propterea omnia possum
Soli in tibi regna
Decorare costruimus
Te per periclosque gaudemus ad

Gradus

AD VIRVM ILLVSTREM
SAM V E L E M

EPISCOPVM CRACOVIENSIVM,

ET SVPREMV M IN POLONIA

Cancellarium:

PETRI ROYZII MAVREI HISPANI CEL-
tiberi Iurisconsulti, Carmen de sancto

Pontifice cæso, siue

S T A N I S L A V S.

SÆpe ego, qui cecini magnorum gaudia quondam
Heroum: solui que animos, & carmine læto
Mente procul pepuli curas: nunc tristia moestus
Funebris plangens numeris exordia sumam.

Aspira, magne ô Samuel, mihi suffice carmen
Præsidiis, velut ante, tuis: & funera flenti
Ante tui cessoris ades. seu templa Deorum,
Augusti seu celsa tenet te curia regis,
Inclyta Sarmatici moderantem iura Senatus.
Siue tui rerum vacuuus Pradnicis ad vndam
Fronde super viridi recubas: & tecta superba
Miraris tua, sydereo quæ tollis Olympo.

Quite cumq[ue] tenet locus, ad sis : flebile sancti
Pontificis funus dicam, qui cæsus ad aram
Ob Christum templique decus, laniatus & artus,
Infandum, Regis dextra : sparsusque per auras
A litibusque feris datus esca : fit integer olim,
Extemploque suo coierunt membra tenore.

Christe mihi causas memora , quibus excita quōdam
Ira Boleslai exarsit : cur Regia dextra
Cæde Stanislaum crudeli obtruncat ad aras
Pontificem & tantæ ne animis Regalibus iræ

Iustus erat præsul, quo non præstantior alter,
Ore ciere viros, animosque attollere cælo :
Sarmata Sauromatas inter sanctissimus vñus ;
Fama ingens, factisque : tuus Cracouia præsul.
Ast quem læta suum Scepanouia iactat aluminum :
Tantum nacta decus felix Scepanouia tellus,
Non illo quondam populos errare magistro
Fas erat : aut diuis colere impia fana relicts :
Non vitijs onerare animas, non crimine vitam
Polluere, & tacito versare in pectore fraudes.
Insidias struere, & mensas temerare veneno.
Non odiſſe suos, iramque laceſſere diuum :
Turbatis sacrīs & relligione vetusta.
Non fas ignotos sine præsule figere ritus ,
Et morem templis audere imponere diuum :
Sanctior ac cui quæ gens tulit illa prioris,
Quæque hodie vasti ſequitur pars maxima mundi ,

Arbitriis

Arbitriis mutare suis : & sola putare
Recta, placent vni populo quæcunque profano.
Contemptisque nouos patribus præscribere cultus ;
Sit tanquam afflatum meliori numine vulgus,
Ceu rigeant proceres : sit flamine plena Deo plebs.

Qualia monstra gemens nostra ægre sustinet ætas :
Iactatusque sacer tot tempestatibus ordo.
Tuque adeò Romane pater, cui terra fretumque,
Cui styx mortali, melior cui paret Olympus :
Indignans late spoliatis aspicis aris.
Sarmatiamque doles tantum in discriminem iisse
Sacrorum, male vicinus quam perculit error.
Et nisi nos tandem cælo Deus æquus ab alto
Respectet miseros, frustra tua fulmina torques :
Æternasq; neces & nigra minaris auerna.
Viueret ô vtinam, & vitales carperet auras :
Perpetuumq; colo Lachesis duderet æcum.
Talia non illo molitus Sarmata quondam
Pontifice est, Saxo arua licet vicina teneres :
Saxo nouæ assertor pietatis, & improbus auctor :
Diuini Saxo verbi importunus adulter.
Vrgebat dictis populos, iussisq; premebat :
Ore potens præful, vitaq; verendus honesta.
Regem ille ac populum nullo discrimine habebat ;
Numina lædentem, sic carpere suetus vtrumque,
Eset ut vpilio Regi par : purpura nulos
Principis, aut maius facinus sentiret honores.

Quin s̄epe in Reges maioribus excitus iris
Antistes ruit, ac verbis exarsit acerbis :
Crudelis l̄eti fuit Olli vnde omnis origo.
Quippe Boleslaum, gentis qui sceptr̄a Polonæ
Sauromatum late populorum & regna tenebat ,
Dum carpit pr̄esul, magnisq; licentiūs ausis
Increpat : exuere & vitiis, & criminē tentat :
Quo se Rex, quoq; augustos foedarat honores
Plurimus, impleratq; odiis vrbesque , domosque ,
In se se : atque sui oblitus Diuumq; hominumque,
Quicquid erat nil Rex vitiorum liquit inausum.

Quid memorem ciues cädenteim, vrbemq; suorum
Sanguine foedantem, populantemq; omnia ferro
Matres, infandum, (quod postera nesciat ætas)
Abiatis gremio natis, fugenda ferarum
Vbera dant catulis : s̄æuo cogente tyranno.
Hæc bonus Antistes dum iusta percitus ira
Castigat, Regemq; iubet meliora monenti
Parere : & facilem voces audire Deorum,
Illi⁹ in se se exacuit crudelia corda :
Armauitque manus, at non tamen abstinet audax
Incæpto, videat quamuis sibi dira tyrannum
Fata parare : necemque atrocem & funera s̄æua.

Ergo secreto non iam Regem admonet ore,
Sæpius indigne Regali pulsus ab aula :
Publica non iam vox sat erat, non carmina dira,
Quæ in ditis mittunt hominem pallentia Regna,

Exortemq;

Exortemque boni faciunt, vitæque beatæ.
Facto opus est. templis Diuum, atque altaribus arcet
Regem infelicem, conclusis vndique valuis:
Qua Rex it, gressumque infert in templo Deorum.
Talibus in Regem præsul fortissimus vsus,
Tantorum vindex scelerum, vitæque nefandæ:
Qua se Rex, quaque Augustos foedarat honores.

Ille autem accensus furiis, victusque dolore,
Tantum Pontificis tolerare haud iam potis ausum:
Multorum victor populorum ô, inquit, ab vno
Sacrificio vincar? me, quem Scyta, quemq; Valachus,
Quem Moschus tremit, & quicquid stans aspicit arctos,
Imbellis pulsat manus, atque altaribus arcet
Diuum, conuentuq; hominum, mihi dira minatur
Excidia: infernosque ignes, mortemque perennem?
Ah ego, qui nuper Ruthenum marte subegi:
Austriacafque arces, & fortis castra Moraui
Ense tuli: quo Pannonius victore tyrannus
Purpuream fundens animam terram ore momordit.
Scilicet hæc patiar? dum ferrum dextera & arma
Sustinet? & non sacrificum hunc, non hoc caput audax
Dedo neci, pedibusque meis in vulnera curro.
Dedo neci, manibusque meis in tartara mitto?
Non mihi lux hæc, non cælo sol ante voluto
Occidat, & stellas accendat in æthere vesper:
Quam caput illud ego scapulis tergoque reuello;
Inuisum caput, & merita me me expleo.

Eheu Rex demens, facinus qui cogitat atrox:
Pontificem templis aptum meliora monentem
Sacrilega violare manu, sanctumque cruentem
Fundere, & armata moliri funera dextra:
Quin melior monitus Antistitis audiat ultro,
Et miserandam animam scelerato crimine soluat,
Nec se præcipitem sub aperta pericula mittat.

Sed non sponte sua iam Rex miser, atque suis it
Arbitriis: agitur furiis, & turbine mentis
Huc atq; huc fertur, nec se ratione gubernat.
Quo furor impellit demens, & tristis Erynnis:
Quo rabies maleuada rapit, sine ducitur ullis
Consiliis: hominum non hunc metus, atq; Deorum
Incæpto retrahit: parat arma, & milite sævo
Cinctus it in cædem: mora longa fit omnis eunti.
Stat quocunq; loco, quacunq; occidere sede
Pontificem, atque animam scelerato abrumpere ferro.
Vlli non hominum, diuumne pepercit ahs.

Forte Stanislaus Gracchi extra moenia præful
(Omnia namq; illic ob regem tempora filebant)
Sacra Michaelis parua faciebat in æde:
Post urbem, Casimire, tuam, qua se Istula findit:
Alluit & mistum diuiso flumine ciuem.
Huc actus furiis Rex fertur, & impete magno
Templa Dei subeat, sed misso milite, sacra
Pontificem iubet æde trahi, tractumq; necare.
Sat visum templis diuorum arisq; dedisse,

Si non pontificem sacra obtruncaret in æde.
It miles dicto parens, & iussa capessit:
Templumq; ingressus sanctum, tracturus ab ara
Pontificem: diuumq; adytis, quis numina lædat?
Ter miles yim ferre parat, ter concidit amens,
Attonitisq; animis it verso poplite retro.
Nil tamen hoc Regis saeuissima corda furentis
Mitescunt magis, aut dextra cadit vltor acinax.
Quin magis indignans, dira ceu pulsus Erynni,
In templi frendens ruit: obiurgatq; morantes
Armatos, resides animos, imbellia corda
Exclamat, qui non iam dudum ex æde reuellant
Pontificem: & sacris operantem cæde cruentent.
Succeditq; operi scelerato, & fertur in hostem
Non hostem, infelix sed quem sibi fecerat hostem.
Dextram iniecturus, iamq; auulsurus ab ara
Pontificem, ferroq; virum violare paratus,
Atq; Deos: retro Rex it. mirabile visu,
In terramque, vlli non tactus, voluitur amens
Protinus, immotusq; iacet ceu truncus humi Rex.
Mox surgens, animoq; resumpto, rursus in aram
It: ferroq; caput facientis sacra cecidit.
Pontificis, cæsumq; trahit violentus ab ara:
Ante foresq; necat templi, timuisse putandum est
Tectorum casum, & præsentis numinis iram;
Ne se se media vindex in cæde lacunar
Obruat, & sceleratam animam scelere vltor in ipso
Auferat

O nunc

Auferat irata dextra Deus , & nece sœua.
Quasque furens animis violarat martyre cæso,
Ipse crux suo sacratas imbuat aras.

Non satis immani fuerat sœuo q; tyranno,
Pontificem vita spoliare : & sternere ferro
Sanctum Pontificem, nisi centum in frusta cadaueross.
Ense fecet. spargat q; sacratum corpus in auras.
Ante fores ergo non vno vulnere cædem
Expedit, offensi quid non facit ira tyranni.
In partes corpus sœuo secat ense minutus.
Hinc caput, inde manus, dextrā hinc, atq; inde sinistrā,
Inde pedes, genua hinc, diuellit ab artubus artus.
Non tergo ceruix, humerisū hæsere laceri;
Non cruri femur, auulsi non tibia suris.
Barbarus vt quondam charo crudele pereundo
Fratre furit miles, fraternaque vindicat vltor.
Funera , & incumbens multa nece sœuit in hostem:
Vulnera vulneribus geminans atque ictibus ictus;
Nec se explere potest, dum spiritus artubus ullus
Palpitat : & motare animam videt eruta membra.
Præsule non aliter trux Rex se gescit in ipso ;
Trux magis, heu dirus magis, heu truculentus & ille,
Barbarus ille magis, sectos, vt se expleat, artus
Discerptum que cadauer agrum iactare per omnem
Imperat: alitum que escam iubet esse ferarum.

At Deus omnipotens cælo denisit ab alto
Terribiles rostris aquilas atque vnguibus vincis.

Quatuor,

Quatuor, à totidem cæli quæ partibus artus
A litibus seruent auidis, & vulture pulso.
Visa quoque in noctem medio fax lucida cælo,
Quæ sparsum illustret nocturno lampade corpus.
Quo monstro attoniti ciues, quum postera primum
Titoni croceum linquens aurora cibile
Effulsi terris, collectos vndique tollunt
Componuntque artus vna, conduntque feretro.
Hic maius sequitur, vidit quod nulla vetustas
Prodigium ; coiere artus, mirabile dictu,
Inque abierte suam nullo cogente figuram.
Prima redit facies superum vi, nulla cicatrix,
Non vllæ plagæ manserunt, viuere dicas :
Frigida ni rigeant immoto corpore membra.
Protinus audita re, monstroque excita tanto,
Circumfusa ruit late Cracouia tota :
Et ciuis, Casimire, tuus : studioque videndi
Huc omnis populus, vicinaque confluit ora.
Mirantur, coisse artus diuersaque membra,
Quæ nuper disiecta agros videre per illos.
Agnoscunt veterem faciem, diuamque figuram,
Pontificisque sui vultus : si vita maneret ;
Attonitiisque stupent : illum hic, hic aspicit illum,
Si credant sibi, quæ coram cernuntque, videntque.
An Rex immanis rursus tela impia sumes ?
Sacrilegasque manus superis infensus & æthræ

F

Intuleris

Intuleris demens, diuum & miracula solues
In que anima cassum tua strinxeris arma cadauer
Quanti olim infelix, heu quanti optaueris emptum
Pontificem intactum, & sacrum seruasse cruorem
Mox regno, breue tempus erit, depulsus auito
Lugebis tua facta exul, tecta extera quærens.

Condere corpus humi, sanctumque inferre sepulchro
Tempus erat, nullo ne magnus honore iaceret
Martyr: magna licet populo spectare libido
Præfulis ora sui, nec se fatiare videndo
Attoniti possint: aut fixa cadauer in ipsum
Lumina, & intentas valeant auertere mentes.
At tandem dant corpus humo, viliique locatus
Aggesta è terra tumulo Scepanouius heros
Maximus, exigui iuxta iacet ostia templi.
Non illi populus dare marmoris ausus honores,
Non intra delubra illum tumulare Deorum,
Non lugubre canunt: tumulum nec carmine signant.
Talia si faciant, saeum timuere tyrannum,
Funestaque manus: iterum ne dirus in aras
Irruat, & clausa manes disturbet ab vrna:
Pontificemque suum videat Cracouia centum
Sectum in frusta iterum, disceptaque præfulis ora.

Non hæc finitimas tantum vulgata per vrbes
It fama, & crudele nefas. non frigidus axis,
Nec soli hoc septem funus fleuere triones:
Res late exierat, populoque audita Latino est,

Hesperieq;

Hesperie que omni. iam Tybridis accola luget ,
Romuleusque pater, vasti datus arbiter orbis,
Terrarum cælique potens, nigræque gehennæ,
Ingemuit cæde audita, lachrymasque profudit :
Excideratque ægro prope vertice sacra tiara ,
Dextraque vix sceptrum tenuit ; cubitoque moratus
Incubens, humeris heros caput exerit altis
Turbidus : & mixta lachrymis sic intonat ira.
Ergo crudeli Rex barbare cæde tulisti
Pontificem cælique virum, templique ministrum &
Diuorumque domos temerasti martyre cæso &
Irato pœnas olim Deus ore reposcat ,
Et des crudeles, crudelisque exigat orcus :
Regali interea nobis spoliandus honore es.
Continuoque omnem, qua se Istula fluctibus infert ,
Sarmatiam diri Regali iure tyranni
Edicto soluit sacro : populumque, patresque,
Liberat imperio, Regaleque fustulit ostrum :
Iusque Boleslao Regni, indignatus, ademit.
Ferre nefas sceptrum, capitique adhibere tiaram
Esse iubet : dirisque caput stygiæque paludi
Deuouet, extintisque canit mala carmina flammis :
Præsentans illi tenebras noctemque profundam.

Talibus immanis factum crudele tyranni
Castigat , cædemque pater Romanus inultam
Haud sinit : & fusum non olim impune cruorem

Pontificis iusta perculsus vindicat ira.

Præterea sacris imposta silentia templis.

Non fas pontifici solennes ducere pompas,

Non canere ante aras, vocesque attollere cælo.

Murmurat in templo demissa voce sacerdos,

Valuarumque homines obiectu submouet aris.

Pulsa nec excelsis resonant in turribus æra,

Temporibusque suis populo dant signa vocato.

Luce sub extrema si quem sua fata vocarunt,

Non decus inferiæ, non ullos funus honores

Ære tulit pulso: nec mœstis vocibus hymnus

Placauit manes, veniamque poposcit Olympum.

Conduntur pura morientum corpora terra,

Indecoresque iacent quocumque in puluere ciues,

Auratumque equitem marmor non claudit auitum.

Hic quoq; cernere erat, populos discrimine nullo

Ire, iugo postquam excusso spreuere tyrannum.

Vulgus honeratis, commistaq; ciuibus it plebs.

Non dominum glandem ructans agnoscit agrestis

Armatus sude ferrata, non vertice nudo

Cerdo magistratum meritoq; affatur honore.

Cuncta ruens, sine more furit lasciuia iuuentus,

Nulla olli sat clausa domus: non vectibus ullis

Defensæque nurus, castæque fuere puellæ.

Scilicet irrumpunt magnæ in penetralia Vestæ,

Intactos thalamos, & sacros diis Hymenæos

Ausi polluere, ansanctumq; auferre pudorem.

Accinctus

Accinctus ferro pauper locupletis in ædes
Currit hians prædæ, gazamq; fatigat auari.
Importuna animos mendicis addit egestas.
Ius erat in dextra, quo fert sua quenq; libido,
Irrumpit demens, campo grassatur aperto
Securus latro pœnarum, & carceris atri.
Qua fert cunq; pedem trepidat cum fasce viator,
Prætentasq; notis ludentibus expauet umbras:
Prædonem metuens ramo latitare sub omni.
Non noctem ciues horrent, tenebrasq; ruentes:
Luce furens media stricto siccarius ense
Irruat, atq; palam quemcunq; impune trucidet.
Non fora, non leges, non iudicis ora seueri,
Non vlli fasces metuuntur: vi geritur res.

Hos motus, quos ipse malis exciuerat ausis,
Arce Boleslaus nequicquam spectat ab alta:
Et spretus vana sine viribus æstuat ira.
Qui modò Sarmatiam late tremefecerat omnem,
Et fortes sumptis terrebat Theutonas armis,
Aruaq; possesto septem subiecta trioni.
Hunc nunc impauridi breuia intra moenia ciues
Contemnunt, coramq; audent excire tumultus.
Et quod triste magis, quodq; exitiale tyranno:
Consilium proceres agitant, omnisq; senatus:
Ponere Regales fasces, & sceptræ negantem:
Seu perdant ferro, seu captum in vincula ducant.
Ferre Boleslai iam dudum dura nequibant

Imperia exosi, & nullis tolerabile Regnum,
Non hoc grande malum diri crinita cometæ
Præluxit fax vlla, leues quæ sydera vates
Conscia fatorum dicunt, casusq; futuros,
Regnorum excidia, & Regum portendere cælo,
Cladesque, stragesque, atq; illætabile bellum.

Ergo vbi se primo sensit rumore petitum
Insidiis, cecidere animi, nec conscientia tanti
Mens sceleris stetit : inuicto non pectore virtus.
Quid faciat Rex infelix, cui Regia non est
Tuta sat iratis patribus, subeat ne periculum
Cogitat instanti se se subducere fato,
Molitur tacitamq; fugam, Regnoq; relicto
Cum paruo ratus exilium sibi querere natu.
Pannoniam venit, Regemq; petiuit amicum :
Eiectum regno quem quondam in sceptræ reduxit.
Illic non aurum, non illic Regia Gaza,
Non structiue tori, non alta palatia desunt :
Ille modò exposcat, non vlla negata voluptas.

Hic primum sceleris memori, cum saeva quierunt
Corda Boleslao, positoq; insana furore
Excessit rabies : & pristina reddita mens est.
Multa mouens animo turbato pectore fatus,
Heu quid, ait, volui miser, aut quis me impulit error?
Sanctum pontificem, diuum, sceleratus, ad aras
Sacrilega occidi dextra, corpusq; sacratum
Centum in frusta amens secui, sparsumq; per auras

Vulturibus

Vulturibus canibusq; dedi crudelis in escam.
Quis Deus hūc adigit, demonūe? quis abstulit ægro
Mentem animumq; mihi? quin protinus ima dehiscis
Terra? nigrosq; aperis manes, Acherontaq; dirum?
Ditis Regna patris, multo loca sulphure fæta,
Et poenis, quas promerui? quin terra dehiscis?
Et me tergemini viuentem mittis in ora
Insaturata canis? mactandum rectibus illis?
Aut tu sōntem animam hanc cælo indignatus ab alto?
Funde pater dextra, & saeuo me fulmine tolle.
Talia iactabat, mortemq; miserrimus vltro
Poscebat, lachrymisq; genas foedabat & ora:
Ilia concutiens gemitu & singultibus ægra.
Non epulas capere, aut speciosum haurire falernum
Deliciæue iuuant vllæ, cantusue, lyræue.
Absque cibo solem, & stellas videt absq; sopore.
Exagitata malo mens non capit ægra quietem.
Humida nec grauido nox prensat lumina somno.

Visa animum interea ludunt, & corpore cassæ
Ante oculos media volitantes nocte figuræ.
Heu, qui non acies, qui non modo tela timebat,
Non truculenta ducum mediis in millibus ora:
Hunc vanæ species atq; irrita terret imago.

Hinc tristis saevas agitans in pectore curas,
Consilij ignarus melioris, seu Deus vltor,
Seu cœca impulerat vesania, mentis inops Rex,
In sylvas abiisse vagus lucosque profundos

Fertur:

Fertur : & à canibus vestigia nota secutis
(Quis rabiem Deus & fæuas immiserat iras)

Interiisse suis, factus miser, esca ferarum :

Dente truci laniatus, humi ferus occubuit Rex.

En memores iustosque Deos ! quæ funera sanctis
Manibus , insontique animæ ferus ille pararat ,
Hæc eadem patitur , sparsusque cadavere toto
Atra canum infelix rabidorum viscera complet :
Semianimesque feris trepidant sub dentibus artus.


At tu magne toros pater ô Scepanouie sacros
Sede tenes celsa , & positis stas atreus aris.


O patriæ tutela tuæ , cui Sarmata largum
Thus adolet , septemque genuflexere tritones :

Et sæpe erexit discrimine ciuibus olim ,
Plurima cui totis pendent donaria templis :

Placatum precibus supremum redde tonantem
Sauromatis , cunctisque tuos defende periclis.







7337

6469
5

